



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Ecclesia, & apparatu ad Confirmationis ministrand[a]e vsum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

verèq; patrīnus , ac dux alijs esse possit ad benē agendum , progrediendumq; in via Domini .

Nec verò patrīnus casū eligendus est , vt potè homo quispiam planè ignotus , aut verò hospes & peregrinus , cuius consuetudinem in posterum probabile sit minime habendam .

Patrīnum autem vnum duntaxat ad hoc sacramentum quis deliget : matrinam itidem vnam .

Erit patrīnus qui deligetar , vbi fieri potest , natu maior eo , quem sibi filiolum in Confirmatione suscipit ; aut saltem id èratis , vt illius recte instruendi partes officiām q; prælatare queat .

Id denique seruabitur , vt (quoniam ita honestatis ratio postulat) neque scōminis mares , neque rurlus fēminę maribus patrīni vel matrīna adhibeantur . Neq; item minores quatuordecim annis , nisi quando necessitas aliter cogit . neq; pater item , aut mater : neque vir , aut vxor . Ne patrīnus , qui in Baptismo , vel Catechismo adhibitus est , idem in hoc sacramento adhibeat , nisi necessitate cogēte . Nemo autem neque in hoc etiam sacramento patrīnus sit , qui excommunicationis aut interdicti vinculo irretitus tenetur : quive item Paschali tempore proximo sacram communionem non sumpsit : nec verò præterea , qui in graui , publicoq; peccato iacet .

Ne item patrīnus sit , qui sacro Chrismate nondum confirmatus est , sed neq; quodie quis confirmatus est , eo ipso die alios confirmandos offerat . Idemq; in scōmina serueretur .

Nemo patrīnus , matrinave eodem die plures in Confirmationis sacramento teneat quād vnum , nisi ex Archiepiscopali facultate .

Hēc Parochus præmonebit , & cetera item , quæ pro temporum ratione Archiepiscopus præmonenda censuerit , literis eo nomine editis .

De Ecclesia , & apparatu ad Confirmationis ministrandę vsum .

ECCLESIA (quæ ampla , vt comodè capiat multitudinem fidelium , qui confirmandi vicinijs Parochialibus commoda esse debet) distinguita sit item

ad præscriptum tabulato , telavē , vt manus à scōminis separatim maneant , neve ordine dispositi , & conspectu , regioneve sint .

Collegiata quoque recte erit , aut saltē eiusmodi , in qua aliquis cleri numerus sit , è quo sacerdotes , acoluthi q; deligi possint , qui solenni huic actioni ministriū operamq; nauent .

Parochus , Præfector vē Ecclesiæ , vbi scōminis huius sacramenti ministratio celebrabitur , eam piē ornabit ad præscriptum , præsertimq; altare maius , vbi ministrari solenne est .

Signum item campanarum solenne dari curabit , tum vesperi ante ad significandum huius ministerij celebratrem ; tum mane , vt ad conueniendum in tempore omnes excitentur .

Apparentur autem atque instruantur commodo loco , & decenti , rebus ad scribendi vsum necessarijs mensa duæ ; una in qua mariū , altera in qua scōminorum nomina ordine exscribantur . Eę verò ita distincte , atque adeo seorsum collocabuntur , vt earum situs nullam commentium permixtionem confusionem ve pariat .

Res porrò , quæ ad ministrandi huius sacramenti vsum necessariæ apparabuntur , erunt hęc .

Indumenta sacra , tum Archiepiscopi , tum assidentium .

Vasculum chrismatis , in pellucida rite & decenter accommodatum .

Lana gossypina , seu bambacium , ad vsum abstergendar frontis sacro Chrismate ilite : cuius bambacijs tanta copia parabitur , quanta satis videbitur , pro ratione multitudinis fidelium ad Confirmationem suscipiendam conuenientium .

Mātilia duo vni Ecclesiastico addicta , vnum ad abluerendam , alterum ad abstergendū frontem .

Pelues due , una ad bambacium colligendum , altera ad manus lauandas .

Medulla panis ad abstergendas manus & manutergium .

Cerei duo , qui præferentur Archiepiscopo sacramentum hoc ministranti .

Vas aquæ ad alterum mantile madefaciendunt .